

152.

Præstantissimo Illustrissimoque Viro
D. D. Equiti Carolo a Linnè
In Rebus Naturalibus Nemini Secundo

S. P. D.
Ferdinandus Bassi.

Anno elapso ad te viro longe clarissimo flores misi *Crassulæ portulacariæ*, quam tu ipse cupide exoptasti, sed nescio, an ad te pervenerunt meæ litteræ, namque nullum habui responsum, sed revera non ad *Pentandriam pentagyniam*, sed ad *Pentandriam monogyniam* pertinet nostra *Planta*, quæ ergo ad quintam classem est enumeranda, sed inter monogynias; ita etiam de *Psoralea palestina*, quam tibi pluribus ab hinc annis tamquam novam plantæ spetiem communicavi, quamque *Psoraleam (palestinam)* foliis ternatis, pinato-quinatisque petiolatis ovato-acutis inæqualibus, verum nullam obtinui notionem de hac re.

Adhuc vita fruor, et hortulorum meum quam libenter excolo, sed omnis labor, et itinera præcipue alpina mihi interdicta sunt, namque et hoc anno e non levi morbo evasi. Vivas diu Felix, vir egregie, et decus reipublicæ litterariæ, idque enixe a Summo Conditore peto, et me, ut sole ama, atque iterum Vale.

Dabam Bononiæ Postridie Idibus Iunii An: 1773.

Utanskrift:

*Societati Regiæ Scientiarum
Upsaliam.*

Linn. Soc., Vol. I: 451—452.

BASSI. JOH. BAPT.

Släkting till FERDINANDO BASSI. »Conseiller intime» hos furstbiskopen af Trier.

Linn. Soc., Vol. I: 453—455 finnes ett latinskt bref från honom dat. Augustæ Vindelicorum den 12. Jan. 1770. Han öfversänder ett bref från Ferd. Bassi och erbjuder sig att till honom förmedla Linnés svar.